



Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Valerius Ximenez de Embun. n. 91

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

prolis masculine, promisit illa, se id petituram à Deo, dummodo tria ipsamet ad regium thronum euercta præstaret. Primo, ut procuraret apud Maiestatem regiam reuocari in Galliam Patres Societatis IESV, dicens illi, Hoc esse vnum ex magnis obsequijs, quæ illa posset præstare Deo in beneficium illius Regni. Secundo, ut procuraret extirpationem hæresum. Tertio, ut esset amatrix pauperum. Sic *ibidem cap. 4. num.*

217.

91. A VALERIO XIMENEZ DE EMBVN Sacrae Theologiae Professore in Casaraugustano Conuentu Carmelitano, qui nec dictis multo longius ab his duabus Heroinis, fortius etiam atque vehementius augustum suum prodidit de Societate iudicium. Voluit (inquit ille) Dominus Cæli & terræ ditare, & illustrare nobilis Societatem IESV, Columnam Ecclesiæ firmissimam, Murumque fortissimum, & inexpugnabilem contra Hæreticos, ex qua vna tot prodierunt, prodeuntque quotidie doctrina & virtute duces robustissimi, quot ex alijs omnibus simul iunctis Ordinibus Clericalibus. Hæc ille: non Ego, non Ignatius Parens Societatem omnium Minimam passim ingeminans: benevolentia igitur hic error, & excessus amoris est, vasto natus amo, & verbis expressus ingenibus. Ita in Imag. 1. sec. Societ. lib. 5. cap. 11. fol. 678.

*92. * A CHRISTOPHORO AVENDAÑO Scriptore atque Prædicatore admodum celebri, in sermone de Canonizat. SS. Ignat. & Xauer. disurs. 3. à fol. 84. col. 2. ubi ille sequens de Societate testimonium vere aureum latine redditum edidit. Hæc (inquit) Sacra Religio per actum intellectus semper cum populo Christiano præcincta est, illum scilicet instruendo, iam sua prædicatione, iam Magisterijs, iam priuatis scriptis, iam voluminibus illustrissimis: insuper est per actum voluntatis cum eodem populo præcincta, illum scilicet feroce suo inflammando, &c. Et postea supponens Societatem à Clemente VIII. Brachium Ecclesia Dextrum appellatam, ait: Notandum maximè quod quando iætus aliquis capitii imminet, statim*

H h 3

Brachium

Tanquam
vnum ex
magnis ob-
sequijs in
illius Regni
beneficium.

Societas
Columna
Ecclesiæ
firmissima:
ac Murus
fortissimus,
& inexpun-
guabilis
contra ha-
reticos.

Ex qua,
virtute, &
doctrina
robustissimi
duces pro-
digere.

Eius mu-
nia in po-
puli Chri-
stiani vi-
litatem.